



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Confessarij diligentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

Hsdem abstrahatur, qui doceat itidem dæmonis astutias perspectas habere, qui demum pœnitentem exuere veterem hominem, & nouum induere labore, ac confingere in eo formam aliquam speciemque perfecti Christiani, non sat is id sibi habere debet, si nulli peccato mortali obnoxius Sacramentum Pœnitentiæ ministret, sed cum facile cognoscatur magnoperè referre ad præstandum ea, quæ dicta sunt, prius in seipso exprimere, quæ in altero videre desiderat (quādoquidem plus exempla, quam verba commouent animos, neque quis aliorum animis ingenerare virtutem potest, quam ante non in se possideat) idcirco perfectionis suæ totus amore serueat, necesse est, atq; in ijs virtutibus acquitendis operam diligenter ponat, quibus ipsa perfectio acquiritur.

Sed quoniam Regulares, cùm ad confessiones audiendas emittuntur, solum examinari solent sintne sufficientes, & doctrinam iustum habeant, neque uos aliter perspectos mores eorum, & bonitatem vitæ probatam tenere possumus, ideo Superiorum eorum conscientias oneramus, ut ad huiusmodi prouinciam non alios nobis in publicum deducant, quam qui probitate, atq; integritate vitæ tales sint, qui laudabiliter hoc Sacramentum exhibere queant, cuius quidem reiscripto nobis fidem dabunt, nec aliter eos admittemus.

Confessarij diligentia.

Prompto, ac parato animo ad confessiones audiendas accedant, euitentque diligenter, non solum ad subterfugiendum labore, ne submo-

ueant intempestiuè venientes ad se confitendi gratia. sed neque signo, aut verbis ullis præfere-
rant, ægre se, grauatoque animo confessiones eorum excipere; quin potius ita se comparent,
ut intelligant pœnitentes eos salutis eorum cau-
sa multum solatij, & gaudij ex ijs laboribus hau-
rire.

*Confessarij quando maximè Confessionibus au-
diendis vacare debeant.*

Ex hac eorum alacritate nascetur etiam hoc commodi, ne pœnitentes excusatiōem iustum prætexere possint, se non esse confessos, maxi-
mè quibus temporibus ad id tenentur, per spe-
ciem quasi commoditatē non habuerint. Præ-
terea autem admonemus Confessarios, si vel
ad exequias, vel quævis alia Ecclesiastica mu-
nia illos euocari contingat, nisi causa prorsus
sit necessaria, ut ne confessiones ijs diebus pro-
pterea vel interrumpant, vel intermittant, qui-
bus frequentiores solent occurtere, maxi-
mè octiduo, aut amplius ante diem natalem
D. N. Iesu Christi, in Quadragesima, & præci-
pue circa medium illius usque ad octauam Pa-
schæ, nonnullos etiam diebus cum Iubilæum
promulgatum est, alijs solennioribus festis,
quibus, ut plurimum, populus, vel omnis, velex
maiore parte Confessionis Sacramentum con-
fluit.

Cupimus etiam in huic finem, Superiores Regularium certiores ea de re redditos, ut præ-
dictis temporibus procurent, quantum posse-
runt numerum maximum Confessorum, qui
doctrina, & timore Domini insignes, atque à
nobis